Lucas <de Padua>: Sermones super epistolas et evangelia
[Köln: Johann Koelhoff], 8. Febr. 1483 Seite 91



suauissimam refectionem inuenit Unde cantat ecclesia. Lapides torrē tes illi dulces fuerunt

Quarto propter compassionem. ꝙ pro inimicis ad orationē genua flexit. Quatuor fuerunt precipue q̄ re lapides illi dulces fuerunt

Primum fuit causa passionis. quia pro cristo paciebatur quem nouerat ⁊ viderat pro se carnis amaritudinē tolerasse. Un̄. i. Petri. iiij. Cristo passo in carne. ⁊ vos eadē cogitatōe armamini.

Scdm̄ desiderium deponende corruptionis. vn̄. ij. ad Corinthios. v. Scimus q̄m si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur. ꝙ edificationem habemus ex deo domū non manufactam. sed eternā in celis. Libenter eīm dat pauper veterem tunicam. vt accipiat nouam. Philipenses. iij. Reformabit corpus humilitatis nostre configuratū ⁊c. Tercium magnitudo remunerationis. De qua. ij. Corinthiorum. iij Idem ꝙ in presenti momentaneum est ⁊ leue. tribulationis nostre eternum glorie pondus operatur in nobis. ꝙ tribulatō modica est ⁊ momētanea. sed gloria immēsa est ⁊ eterna Un̄ ad Romanos. viij. Non sunt condigne passiones. ⁊c.

Quartū est presencia saluatoris qui nūꝙ deseruit milites suos Unde beato Anthonio conquerenti ꝙ dereliquisset eū in conflictu dyaboli ⁊ dicēti. vbi eras ihesus vbi eras Respō dit tecum eram. sed volui videre certamen tuum. Ita ⁊ beatus Stephanus videbat ihesum stantem vt sibi auxiliaretur. celos apertos vt illuc introduceretur. merces spectatur. ideo labor alleuiatur. Hij sunt riui dulcedinis quos excidit beatus Stephanus in lapidibus suis. Un̄ Job. xxx. In petris riuos excidit.

Tercio exhortatur eū ad perseuerānciam caritatis. cum dicit. Et conserues amiciciam ad nos perseuerando Prouerbiorū. xviij. Occasiones querit qui vult recedere ab amico Ecclesiastici. xxix. Ingratus sensu dereliquit liberantem se. Sed beatus Stephanus a deo sibi amiciciam conseruauit ꝙ pro amore illius occubuit Magna caritas beati stephani fuit de corde puro in inimicorū dilectione ⁊ consciencia bona. in veritatis predicatione. ⁊ fide nō ficta. in mortis perpessione. fortis fuit vt mors hec dilectio. Johannis. xv. Maiorem hac dilectōe nemo habet. ⁊c

## Epistola. Ecclesiastici. xv. De sancto Johanne

Qui timet deum faciet bona. ⁊ qui continēs est iusticie apprehendet illā. ⁊ obuiabit illi quasi mater honorificata. ⁊ quasi mulier a virginitate suscipiet illum Cibabit illū pane vite ⁊ intellectus ⁊ aqua sapiencie salutaris potabit illum. ⁊ firmabitur in illo ⁊ non flectetur. ⁊ continebit illum ⁊ non confundetur. ⁊ exaltabit illū apud proximos suos. In medio ecclie aperiet os suū ⁊ iplebit illū spū sapiēcie ⁊ intellectus Stola glorie induet eū Jocunditatem ⁊ exultationem thesaurisabit super illū Et nomine eterno hereditabit illum dn̄s deus noster

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-182/0090
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG